

# Kreis teinfurt

S 195

[1280 c. März 15.]

[91 195]  
Schreiben Junker Ludolfs v. Steinfurt über den Prozeß wegen des Erbes Wizinc.  
[Nos Henricus miles de Detten etc., ut in precedentii, ut habetur.]

Ex parte nobilis viri domini Ludolphi domicelli Stenvordensis. Hec bona honorabilis vir Hermannus Sly miles impedit et proponit, quod hec sint sua bona hereditaria ad suam curiam in Detten spectantia ratione pactus, unde petit idem Hermannus Sly, sibi fieri iustitiam in hoc, si collatio Hinrici militis de Detten et suorum heredum cum consensu et voluntate litonum possit stare de iure vel ne, qualiter solvit pactus unius libere (!) cere, sicut in privilegio suprascripto continetur. Item querit Hermannus Sly, utrum curiam, quam tenet in pacto, possit in aliquo demembrari sine manu superiori. Itaque petimus nobis remandari, utrum fratres hospitalis, qui habent hec bona in possessione, teneantur refundere redditus perceptos de bonis prescriptis, si ipsis abiudicantur. Nobis de vestra circumspecta industria super principali donatione bonorum prescriptorum et de inpetione Hermanni Sly incontinenti diffinitivam sententiam rescribi exoramus vestro sub sigillo.

Kopie im Kopiar B fol. 73.